



1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11



1662.

- 1^a ₂ Conringius, Hermannus : De civitate nova. 2 Exempl.
- 2^a ₂ Conringius, Hermannus : De re nummaria in re publica.
quavis recte constituenda.
3. Eichelius, Johannes : De primo et secundo decreto
4. Eichelius, Johannes : De juramentis in genere, quam
in specie.
5. Glaeserus, Guoch : De simulatione
6. Glaeserus, Guoch : De jure in re . . .
7. Glaeserus, Guoch : De jure statutaris
8. Hahnus, Huricus : De corpore delicti . . .
9. Hahnus, Huricus : De dispositionibus paren-
tum inter liberos.
10. Hahnus, Huricus : De ratificatione
- 11^a ₂ Hildebrandus, Fructuosus : De episcopis. 2 Exempl.
1700. 1745.

12. Lönneringer, Johannes Gualtherus: Selectae quaedam
quaestiones
13. Volckmar, Henricus: De jure majestatis ecclesiasticae
14. Wornicus, Georgius: De juramentis in genere

Handwritten marginal notes on the left edge of the page.

UNIVERSITÄT WÜRZBURG

CIVILIS

MANNI CONRINGII

PHILOSOPHUS ET M. D. DO.
OTONIS SEPTIMI IN ACADEMIA
JURIS PRAESIDENTIS C. S. S.

1737
FRANCOFURTI AD M. J. MULLERUS
PUBLIUM



12. Linnæus, *Systema Naturae* 10^a editione
partitio 1^a

13. Valerius, *Historia Romana* 2^a editione
liber 1^{us}

14. Werneri, *Geographia* 2^a editione
liber 1^{us}

I. A.
DISPV TATIO IVRIDICA
DE
JURAMENTIS
IN GENERE 1662, 14

Q V A M
Auxiliante Deo

PRÆSIDE
GEORGIO WERNERO I.V.D.
Canonici & Feudalis Professore Publico, nec non
Dicafterii Guelphici Assessore
Præceptore atque Patrono suo ætatem
colendo

Publice ventilandam proponit
HERMAN. HARDOV. Krautheupt Helmst.
Aut. & Resp.

d. Jun.
In novi Julci Auditorio majori.



HELMSTADI, *Nr. 93.*
Typis HENNINGI MÜLLERI, Acad. Typ.

ANNO MDCLXII.

I. A.

THESIS I.

Um usum omnium gentium factum sit, ut iuramentis attributa fuerit plena fides, ita, ut quicquid iuramento promissum est, id eadem ratione creditum ac habitum fuerit, ac si in rei veritate ita esset; unde iure Romano, quod juratum est, transactioni & rei iudicatae non tantum æquiparatur, sed etiam præferitur. (a) Et Cicero inquit, nullum articulum ad adstringendam fidem maiores nostri iurejurando arctius esse voluerunt. (b) ut inde statim appareat, quam utilis simul & necessaria sit hæc iuramentorum materia; utilitatem autem quæ afferunt, magnificere debemus. (c) Quocirca nemo mihi vitio vertet, quod hanc materiam utilissimam atque in foro summè necessariam publico examini subicere constituerim.

(a) l. 2. ff. de iurci. Nob. Dn. Eichel. Præceptor & Patronus meus e-
tatem de venerandus in prælect. ff. publ. ad tit. de iurciur. (b) lib. 3. de Off.
(c) Imp. Leo N. 46.

II.

Dicitur iuramentum (a) aliàs Sacramentum, (b) Religio, (c) jusjurandum, (d) vel etiam de iurium (e.)

(a) Quæ vox vix pluribus quam duobus locis Digestorum

reperitur, videlicet l. 25. §. 3. de probat. & l. 34. §. 5. de iurei. (b) quod nempe jurans sacrum sive ipsius Dei testimonium suæ assertioni imploret, & se velut consecret atque devoveat ad pœnam, si fallat. At hæc vox in jure sæpius invenitur in l. 8. l. 11. 12. 13. C. h. t. a. th. Sacramenta puerum C. si advers. vendit. c. 11. caus. 22. q. 4. Vnde & in jure Feudali, qui juramentum præstabant unâ cum, illo qui criminis accusabatur, vel aliàs probare quidpiam jubebatur, sive Vasallus sive dominus is esset, dicebantur Sacramentales 1. F. 4. §. 2. in 1. F. 10. 1. F. 26. §. 1. 2. F. 33. pr. versic. & cum Videat. Hotom. de verb. feudal. Et hi in legibus Longobardorum & Alemannorum etiam conjuratores dicuntur vid. Frider. Lindenbrog. in Glossar. (c) l. 24. 25. ff. h. t. de iureiur. l. fin. C. de reb. er. ed. & iurei. a. th. quod obtinet C. de probat. Corn. Nep. in vit. Dion. c. 8. 5. & in vita Agesil. c. 2. 4. Gell. N. A. lib. 7. c. 18. (d) l. 25. 26. §. 2. l. 27. ff. h. t. Ioach. à Beust rubr. de iureiur. n. 29. Sets. de iurei. lib. 1. c. 1. (e) Gell. d. l. à de jero, quod est valde & vehementer juro. Græcis dicitur ἑρκω quasi ἑρκω, quod ij, qui jurare volunt, terminis & finibus quasi includantur, ultra quos exire non liceat. Alijs ἀρκω quod ἄρκω jurare vel opē ferre significat; vel ab ἑρκω quod juramentū veluti τερῆς sive septum sit, quo jurantes cohibeantur & coerceantur, ne aliter agere possint & debeant, quàm se acturos jurejurando obstrinxerunt. Germanis Eidi dici solet, & nonnulli derivant hoc ab Ein vel Ein uno, ut sit Eidt quasi Eindr, unitum, cum eo videlicet, qui solus verè unus est, & cum quo convenire & consentire se asserunt, qui jurant. Hinc einen vereiden/ idem atque einen vereindren adigere aliquem, ut se applicet ad unum illud verum, diris se devovendo, si aliud quid dicat quàm quod cum illo uno non consentiat. Dicitur etiam ein Schwur/ à gravitate & onere; quia res periculosa est & difficilis, si quis juramentum in se suscipiat, Sie nehmen ein schwer Ding auff sich/ stellen sich für gehegte Danck/ sâllen sich selbst ein Brtheil/ vnd schreiben zeter über sich. Jacob. Ebert. tr. Eib. de iurament. Sets. d. tr. lib. 1. c. 1. n. 7. 8. Hilfig. ad Donell. lib. 24. comment. 13. lit. D. Eberh. Speckhan. cent. 3. que st. iur. clas. 4. q. 1.

III.

Iuramentum autem ita vocatur à jurando, (a) & jurare

jurare dicimur, cum Deum invocamus testem; quod tamen prohibitum quidam esse putant. (b)

(a) Non ut quidam volunt à jure mentis, aut jure manente; quod ea, quæ juramus firma & immota esse debeant, si Etymologiam spectemus, licet forte aliud, si rem ipsam (b) Cumprimis Hæretici superiorum temporum & hujus, ut qui Anabaptisticas & similes sequuntur sectas, moti præsertim præcepto secundo Decalogi & dicto Salvatoris, quod est *Matt. 5. 34. 37. Sit sermo vester est, est, non, non: quod his abundantius est, à malo est.* Verùm secundo præcepto non simpliciter prohibetur assumptio nominis divini in testimonium, sed in vanum, uti ex subjecis patet: *non enim insontem habebit Dominus eum, quisquis vanè usurpaverit nomen eius.* Dicitur verò Christi quod attinet, non agit is itidem de absoluta prohibitione, sed de facilitate & frequentia juramentorum, ex qua ad consuetudinem, ex consuetudine autem facile ad perjurium decidere possumus. *Sers. d. tr. lib. 1. c. 2. Zoes. ad ff. h. t. n. 2. & seqq. quin potius juramentum juri divino optimè convenit Deut. 6. 13. & 10. 20. Exod. 22. 11. Psalm. 15. ad Rom. 1. 9. ad Gal. 1. 26. Nob. Dn. Hahn. Præceptor & Patronus æternum colendus in obs. ad parat. VVes. h. t. n. 2.*

IV.

Definiri potest juramentum, quod sit attestatio (a) cum invocatione Dei conjuncta (b) qua petimus, ut sit testis dictorum & puniat fallantes. (c)

(a) Genus ponimus attestacionem h. e. assertionem quæ simul conjunctam habet DEI in testimonium vocationem: invocamus enim in testimonium Deum, ut ipse sit testis, nos vera dicere. (b) Differentia hic est specifica, ex quo apparet per solum & verum numen jurandū esse *Exod. 22. 11. Ios. 23. 7.* (c) In his continetur altera jurisjurandi pars, qua devotem nos poenis & vindictæ divinæ secundum dictum: *non insontem habebit Deus eum, quisquis vanè usurparit nomen eius.*

V.

Dividi in genere potest juramentum, quod aliud fiat in judicio, aliud extra judicium,

VI.

VI.

In Iudicio iuramentum pertinet vel ad sententiam, vel ad processum.

VII.

Quando ad processum pertinet, tum juratur, quod velint partēs ea, quæ aguntur in iure, fideliter & sine dolo agere, litem non protrahere & nihil falsum dicere. Talia autem iuramenta sunt sex. 1. Iuramentum de iudicio fisti. 2. Iuramentum calumniæ, 3. Iuram. malitiæ. 4. Iuram. dandorum 5. Iuram. respondendorum. 6. Iuramentum testimoniale.

IIX.

Iuramentum *de iudicio fisti* (a) est, quando quis vel fidei iussores invenire non potest, nec pignora habet, nec bona in ea provinciâ, in qua lis est, possidet, tum tenetur jurare, quod toties, quoties citatur à iudice, velit comparere.

(a) Dicitur & juratoria cautio, quæ tamen in Civilibus tantum locum habet, non autem in criminalibus *arg. Const. Crim. arr. 11.* Sicuti enim possessio rerum immobilium accusatum à satisfaciendo non relevat, ita multo minus juratoria cautio, maximè, quod juratoriæ cautioni committendus non sit, cujus vita arguitur *Fult. de iudic. lib. 2. c. 5. n. 301.*

IX.

Iuramentum *Calumniæ* est, quo Actor & Reus attestantur, se credere & certò sibi persuadere, quod bonam habeant causam, nec temerè litigare velint (a)

(a) Hoc iuramentum ad compescendam litigantium audaciam & securitatem introductum est *§. 1. l. de pæn. tem. litig. l. 1. 2. §.*

2. §. pen. C. de iur. iur. propt. calum. & reus potest hoc exigere ab
Agiore, statim ac litem cum eo contestatus est l. 2. pr. C. de iuram.
propt. cal. c. pen. inf. x. de iuram. cal. idque ita exactum necessario
est præstandum, ejusque omisso vitiat processum, neque etiam
expresse à partibus potest remitti l. 2. §. sed quia 4. C. de iur. iur. propt.
calum. Gail. 1. Obs. 84. n. 1. Est autem hoc juramentum non veri-
tatis sed credulitatis, l. 2. §. 2. vers. licet C. d. t. d. §. 1. l. de poen. tem.
litig. non enim jurat se habere bonam causam, sed saltem se cre-
dere talem esse. Qualiter autem juramentum hoc præstari de-
beat, his versic. notat Gl. in c. 1. X. de iuram. cal.

*Illud juretur, quod lis sibi justa videtur,
Et si quæretur, verum non inscietur
Nil promittetur nec falsa probatio detur,
Vt lis tardetur, dilatio nulla petetur.*

X.

Juramentum malitiæ (a) est, quod præstare co-
guntur litigantes tam ante quam post litis contesta-
tionem, quoties præsumtio est contra aliquem,
quod malitiosè aliquid proponat.

(a) Germ. Ein Eids Bosheit zu vermeiden. Hoc putant Iure
Civili incognitum & à Bonifacio IIX. primùm fuisse introdu-
ctum c. 2. §. fin. de iur. cal. in 6. & hujusmodi ferè sub formula
præstari solet, daß er dasjenige was er vorbringer vnd begehret nicht
aus gefährde oder böser meinung / noch zur versengerung der sa-
chen / sondern allein zur Nothturfft thue / Fürstl. Br. Cansley Ord.
art. 13. Differt à juramento calumniæ in eo, quod, cum hoc non
nisi semel, & quidē litē contestata possit exigī, *auth. hoc Sacramen-
tum C. de iuram. cal.* illud in quacunque parte litis, & quoties
judici visum fuerit, exigī & exactum præstari debeat d. c. 2. §.
fin. de iuram. cal. in 6. Revera autem species est juramenti calu-
mniæ, ideoque rectius etiam quibusdam speciale calumniæ ju-
ramentum vocatur Bart. in l. 2. C. de iur. iur. propt. calum. dand. Et
hujus quoque exempla in Iure Civili quædam observantur vid.
l. 1. C. de iur. iur. propt. cal. l. fin. inf. C. de quæst. N. 73. c. 7. l. de pupillo
§. 4. ff.

§. 4. ff. de nov. op. nunc. l. fin. C. de fid. instrum. Insignis quoque ejus species est, de quo jam dicetur, juramentum dandorum & Respondendorum, sicut & illud, quod moribus introductum dicit *Mysing. cent. 5. obs. 56.* & quod jurare coguntur à sententijs Principum & Statuum imperij ad Cameram appellantes vid. *Rec. imp. de Anno 1654. §. 117. 118. Fürstl. Br. Lüneb. Wolfenbütt. Can. lei Ord. §. 63. 66.* ubi formula hujus juramenti describitur.

XI.

Juramentum dandorum (a) est, quo sive actor sive Reus, positionibus super facto, quod is probare intendit, ritè & legitime conceptis iisque judici exhibitis jurat, quod eà, quatenus factum ipsius ponentis proprium continent, veræ sint; quatenus autem in facto alieno versantur, veras esse credat.

(a) Nempe articulorum sive positionum. Quamvis enim jam ante juramentum calumniæ generale præstitum sit ab Actore, non tamen ab hoc liberatur, uti communiter observatur in judicijs: licet id sub generali illo calumniæ juramento jam satis contineri, nec qui id præstitit iterato jurare teneri dicat *Vestrius in præf. lib. 6. §. 2. n. 19. Bald. in autb. hoc sacramentum C. de iurei. propt. cal.* Fuit autem & hoc iure Civili incognitum, & moribus judiciorum prius introductum, approbatum postea à iure Canonico in *c. 1. & 2. de confess. in 6. c. 2. de test. & attest. in 6.*

XII.

Juramentum respondendorum est, quo is, contra quem positiones exhibitæ fuerunt, attestatur, eas veras vel non veras esse, quatenus factum respondentis proprium concernunt; quatenus verò alienum factum habent, credere se veras vel non veras esse (a)

(a) Inventum autem hoc, uti prius quoque, juramentum est, ut veritas facti eo melius eruatur, & per responsiones hujusmodi ju-

di juratas adversarius ab onere probandi liberetur Vid. *Vult. de judic. lib. 3. c. 4. n. 9.* Formula hujus & præcedentis habetur in der Fürstl. Lüneb. Wollfenb. Canzley-Ordnung form. 14. & 15.

XIII.

Iuramentum Testium sive testimoniale est, quo testis attestatur, se in tota causa, in qua interrogandus est, veritatem dicturum, nec ullius partis amore, odio aut affectu quicquam celaturum esse (a)

(a) *l. 9. C. de test. arg. auth. sed index in verb. ea que noverint C. de Episc. & Cler. c. quoties s. X. de test.* Et hoc iuramentum pertinet ad informandam causam, ejusque formula talis esse solet: daß sie in der ganzen sache zwischen N. und N. wollen für beyde Partheien keiner zu liebe noch zu leid / so ihnen davon wissend / vnd sie gefraget werden / zum handel dienlich / die warheit sagen vñ dz nicht unter lassen wegen gabe / geschenck / nutzen / gunst / Haß / Freundschaft / Feindschafft / Furcht oder noch anders / daß Menschen Sinn erdencken möchte / alles getrewlich vnd ohngefährlich Fürstl. Braunsch. Lüneb. Canzley-Ord. form. 17. Et in hoc iuramento tota substantia depositionis testium consistit, nec sine eo illa quidquam probat *d. l. 9. & d. c. 5. in ult. c. licet. 47. §. testes c. nuper 51. in f. c. iuris 39 X. de testib.* Idque omnes omnino testes, cujuscunque illi sint dignitatis vel conditionis, in omni etiam causa præsentis utraq; parte, subire tenentur, nisi ipsis à partibus expresse fuerit remissum *Vmm. de process. disp. 16. th. 9. n. 60.*

XIV.

Ad sententiam iuramentum quod pertinet, est litis decisorium; & hoc iterum vel simplex litis decisorium, vel iuramentum in litem.

XV.

Illud defertur vel à partibus & dicitur judiciale, vel à iudice ipso, & vocatur necessarium.

XVI.

Judiciale iuramentum (a) est, quod pars litigans

B

gans

gans defert parti litiganti in iudicio iudice appro-
bante. (b)

(a) Dicitur iudiciale, non propterea, quod à iudice in-
jungatur, sed quia in iudicio à partibus defertur (b) *l. 12. §. 1. C.*
h. t. Beust. rubr. de iureiur. n. 58. VVef. parat. h. t. n. 7.

XVII.

Defertur autem hoc iuramentum in iudicio
tam ab Actore Reo, (a) etiamsi ille nihil probaverit,
(b) quam à Reo Actori. (c)

(a) Germ. Einem die Klage ins Gewissen schieben! (b) *l. de-
lata 9. C. de reb. cred. Nec obstat quod quidam dicant, actorem de-
bere saltem aliquo modo probavisse causam suam arg. l. 4. C. de e-
dend. & l. 7. C. de test. nam in d. l. 4. agitur de probationibus per
testes vel instrumenta, non vero per iuramentum, quod suo
modo etiam dici potest probationis species l. 30. ff. de iurei. Idem
respondendum ad l. 7. C. de test. ubi itidem excipitur casus de-
lati iuramenti. Quæ sententia communiter recepta est de iu-
re Civili & in praxi: loquuntur enim leges generaliter, quod
per iuramentum res controversa decidi possit, nec fit mentio in
iure, quod Actor prius debeat actionem suam aliquo modo
i. e. semiplenè probare *l. manifeste 38. l. 34. §. 6. ff. de iurei. l. ult.*
C. de fideicom. l. cum de indebit 25. §. 3. de probat. l. 12. C. de reb.
cred. Schneidov. in §. item si quis postulante 11. n. 22. I. de act. VVe-
semb. parat. ff. de iurei. n. 9. quod etiam iure Saxonico obtinet;
ubi tamen notandum, quod actor non nisi ante litem purè con-
testatam & ante præstitam guarandam reo iuramentum defer-
re possit *Land-Recht. lib. 1. art. 6.* ibi: dann nach angelobter vnd ge-
stelter Gewehr kan Kläger dem Beklagten die Klage in sein Gewissen
nich) schieben *Carpzov. in process. tit. XI. artic. 1. n. 98. & seqq.* (c)
nempe super exceptionibus à se propositis *l. 12. §. omne C. de reb.*
cred. cum enim tam reus exceptionem, quam actor intentio-
nem suam probare teneatur *l. 1. de except. l. 19. de probat.* utique
illi eadem facultas probandi suas exceptiones est concedenda
*arg. l. favorabiliores 125. ff. de R. I.**

XIIX.

XIIX.

Ita tamen, ut, si reus delatum juramentum ma-
lit suscipere (a) quam referre, actor prius teneatur
jurare de calumnia: (b) quod autem facere non co-
gitur reus, si is delatum referat juramentum. (c)

(a) In potestate enim ejus est aut suscipere aut referre *l.*
34. §. 6. & 7. h. t. l. 38. eod. Si autem reus semel suscepit, vel et-
iam per sententiam quæ transijt in rem judicatam, ipsi impo-
situm sit, haud licebit revocare *l. 11. C. b. t.* per juramenti nam-
que delationem & acceptationem quasi transactum videtur in-
ter partes, ut per juramentum lis decidatur. Non potest igitur
pœnitere actor hoc casu. Et aliàs paria dicuntur esse, acce-
ptare juramentum vel in continenti jurare *Bartol. in l. non erit*
5. §. ult. n. 2. & ibid. Iason. in pr. ff. de iurei. Vnde sicuti præstito
juramento, ita neque eodem acceptato pœnitere amplius po-
test *Mod. Pistor. p. 1. q. 23. in f. (b) l. 34. §. 4. ff. h. t.* quod jura-
mentum tamen parentibus & patronis ob rationem in *l. 9. ff. de*
obseq. parent. & patr. præst. positam remittitur. Delatum autem
reus præstare cogitur, si actor juraverit de calumnia; sin minus,
condemnatur *l. 34. §. 9. ff. h. t.* quod etiam procedit, si actor à
reò relatum juramentum præstet. At si actor neutrum horum
facere velit, reus absolvitur (c) *d. l. 34. §. datur autem 7. ff. de*
jurejur.

XIX.

Cessant tamen ea quæ in præc. th. dicta sunt,
si justam causam recusandi juramentum habeat is,
cui hoc delatum est. (a)

(a) E. g. quando is cui defertur juramentum, offert se
conscientiam suam exoneraturum probationibus, wann sich der
Beschlagte erbeut / daß er sein Gewissen / dahin es ihm gestellt / mit We-
weisung vertreten wolle / tum enim debet audiri; vel quando re-
missio juramenti est facta; nempe si quis juramentum delatum
revocaverit, & post iterum detulerit *l. 11. C. b. t.* Vel etiam, si
actor detulerit juramentum, & antequam reus acceptet, revo-

B z

cat,

cat, asserens se velle intentionem suam probare; tum, si in probationibus deficiat actor, non potest ad juramentum recurrere *d. l. 11. Beust. d. l.* quod si vero is, cui defertur juramentum judiciale, non habeat causas recusandi, nec tamen velit jurare vel juramentum referre, habetur pro confesso *l. 38. ff. h. t.*

X X,

Quæstio hic oritur, an si alicui juramentum hoc delatum sit, idemque ad id præstandum se obtulerit, ast ante præstationem ejus moriatur, hoc habeatur pro præstito? & affirmativa placet. (a)

(a) Cum *Nob. Dn. Hahn. in obs. ad VVes. parat. h. t. n. 9.* puta tamen, si ille tempore sententiæ pronuntiata, aut intra terminum datum ad jurandum sit mortuus, uti etiam *l. c.* monetur; pro factio enim habetur in ipsius commodum, quod sua culpa moratus non est *l. 39. ff. de R. I.* quanquam inter recentiores nonnulli sint, qui nequaquam habendum esse censeant pro præstito. Et ex hoc simul apparet, quid dicendum sit ad illam quæst. quæ ex priori fuit; qua dubitant, num heres tale juramentum præstare teneatur? rectè enim negatur, cum primis cum juramentum illud, quod defunctus quidem suscepit, at nondum præstitit, perinde habeatur ac si præstitisset, fiatque adjudicatio ejus heredibus, & insuper constet, defunctum paratum fuisse ad præstandum juramentum delatum, qualiter & decisum asserit *Mynsing. obs. cam. cent. 1. obs. 13. Gail. 2. obs. 43.*

X X I.

Locum autem habet hoc juramentum regulariter in omnibus causis Civilibus, (a) non æque in criminalibus. (b)

(a) *l. 3. §. 1. 2. l. 34. pr. ff. h. t.* etiam in famosis *l. 9. §. 2. ff. h. t.* (b) quippe in quibus ob summum periculum evitandum perjurium metuitur, & requiruntur aliàs in his clarissimæ probationes *l. fin. C. de probat.* nec accusatori illud deferri potest; ex hujus enim juramento damnari reum durum foret, qui in dubio potius absolvendus erat. Reo tamen id quandoque rectè defer-

tur.

eur, si scil. de delicto leuiori agatur, aut honesta aliqua persona etiam atrocis criminis arguatur, nec tamen indicia sufficientia, sed tantummodo leues contra illam adsint suspiciones *c. s. c. fin. X. de purg. Canon. l. presentis 6. §. 4. versic. sicubi depositus C. de his qui ad Eccl. conf.* His etiam accensentur causæ matrimoniales, in quibus iuramentum neganti matrimonium esse contractum, nequit deferri: quia tale iuramentum, cum contra matrimonium sit delatum, non valet: non enim in potestate partium esse debet, per iuramentum dissolvere aut impedire matrimonium esse debet, *per iuramentum dissolvere aut impedire matrimonium esse debet, nicht in der Parttheyen wilkühr/sich von einander loszuschweren c. lator. 7. extr. de sent. & re iudic. Beust. de sponsal. p. 1. c. 45. Sets. d. tr. lib. 4. c. 4. n. 7.* iudex tamen hoc casu potest reo neganti deferre iuramentum purgatorium, si aliquis presumptio est pro matrimonio, licet actor nihil probet *c. attestat. 10. de desponsat. impub. vid. Bened. Carpz. in iurisprnd. Consistor. lib. 3. tit. 4. def. 45. per tot.*

XXII.

Quamvis etiam præstitum sit hoc iuramentum, tamen de jure Civili nihilominus sententiã iudicis opus est. (a)

(a) *Per l. 34. §. fin. ff. h. t. l. 9. §. 2. eod. Nob. Dn. Hahn. ad VVesparat. h. t. n. 9.* Deinde hoc probatur ex eo, quod iudex tenetur sententiam pronunciare de eo, super quo cognovit, & quod probatum esse deprehenderit; atqui iudex cognovit de delatione iuramenti. E- etiam debet pronunciare de eo sententiam *arg. l. 74. de iudic. Nob. Hahn. l. c.*

XXIII.

Necessarium iuramentum (a) est, quod propter inopiam probationum (b) iudex (c) parti, non verò pars parti defert.

(a) Inde dictum, quia is cui defertur, omnino, velit nolit, id suscipere cogitur, nec potest iuramentum delatum referre, nec etiam recusare; quod si fecerit, tanquam confessus condemnatur, tum quod iudicis officio, nisi litem suam facere velit,

lit, incumbat, ut necessitatis causa postulante illud omnino deferat, tùm quod conditio & qualitas causæ dubiæ & inopia probationum laborantis, illud necessariò exigat *Speckh. cent. 5. cl. 4. q. 2. n. 54. (b)* quam quidam putant esse, si quis nullas habeat prorsus probationes, ideoque distinguunt inter inopiam & defectum probationum, & dicunt defectum probationum esse, quando quis aliquas sed tamen insufficientes potest producere probationes. Verùm hoc est contra *l. 4. C. de edend.* Duarenus autem putat inopiam probationum esse, quando à parte rei & actoris æquales adsunt probationes; cæterùm si utrinque æquales adsunt probationes, res adhuc est dubia, & præsumendum, nihil ab ullo eorum esse probatum, & tum potius obtinebit regula illa quæ habetur in *l. 121. ff. de R. I.* Est itaque inopia probationum, quando semiplenè vel minus semiplenè probatum fuit, quod fuit ex illa divisione, quod alia probatio sit plena alia semiplena ratione effectus, cuius divisionis autor est glossa in *l. 3. ff. de reb. cred.* quam etiam veteres Icti omnes retinuerunt; recentiores autem multi eam reiiciunt ob *l. 9. C. de test.* sed malè: non enim recedendum est à communi sententia ob *l. 5. 6. C. de probat. c. ult. X. de iur. i.* tum etiam ob *art. 30. Const. Car.* in quo expresse mentio fit semiplenæ probationis. Leges verò obstantes omnes loquuntur de actore prorsus nihil probante *Dn. Preses in disc. privat. ad VVes. parat. ad tit. de probat. (c)* qui non tenetur expectare implorationem officij sui specialem, sed potest iuramentum deferre ex officio, licet à partibus non fuerit petitum, arg. *l. 31. ff. h. t. l. 12. C. de reb. cred. Nob. Habn. l. c. n. 10.* quamvis ex *l. 4. §. 8. ff. de damn. inf.* non nisi imploratus impertiatur officium suum; satis enim ad hoc videtur esse imploratus in clausula libelli, ubi petitur iustitia administrari omni meliori modo, licet non specialiter sit hoc petitum *Gail. lib. 1. obs. 108.*

XXIV.

Cum autem inopia probationum duobus modis contingat, nimirum quando vel semiplenè (a) vel nequidem semiplenè (b) probatum fuerit; hinc iura-

juramentum necessarium dividitur in suppletorium & purgatorium.

(a) Quæ fit per testem unicum omni exceptione majorem, vel etiam per testes duos, quibus aliqua exceptio potest opponi: (b) quæ tantum levem probationem inducit, ut fama publica &c.

XXV.

Juramentum *suppletorium* der *Erfüllungs Eide* est, quod iudex defert ei, qui semiplenè probavit, ad hoc ut probatio suppleatur, & causa dubia decidatur, etiam parte non petente. (a)

(a) Fundamentum habet hoc juramentum in *l. admonendi 31. h. t.* Requisita hujus vid. apud *Nob. Dn. Hahn. l. c. n. 10. & Mysing. cent. 1. obs. 68.* Sicuti autem juramentum judiciale locum non habet in causis criminalibus, in quibus probationes requiruntur clariores *l. ult. C. de probat.* quod ibi non de oleo legato, aut glande legenda, sed de sanguine hominis agatur; ita etiam juramentum hoc in iisdem deferri nequit, uti nec in matrimonialibus, ubi itidem requiruntur probationes claræ & perspicuæ, puta per confessionem aut testes omni exceptione majores, nisi quod aliquando circumstantijs & æquitate ita suadente huic juramento sit locus *Struv. Synt. iurisprud. exerc. 17. th. 44. inf. ibique all. Carpz.* Neque etiam in alijs causis arduis, ex quibus ingens lucrum ad aliquem pervenire potest, propter metum perjurij, quales sunt usurariæ, fiscales &c. Sed in causis exiguis, quales quæ sint arbitrio judicis relinquendum esse ex communi sententiâ interpp. dicit *Sets. l. c.* Num verò auctori num reo hoc juramentum deferatur, non una est *Dd.* sententia: alij enim juramentum hoc reo tantum, alij auctori tantum deferri debere putant. Nos mediam amplectentes sententiam totum hoc arbitrio judicis relinquendum esse, & hoc ex qualitate semiplenæ probationis, item personæ agentis, & denique ex qualitate causæ æstimandum esse putamus. Idem asserendum de juramento purgatorio, de quo in seq. th.

XXVI.

Purgatorium sive purgationis iuramentum *der*
Reinigungs Eid est, (a), quod defert iudex ei, qui
 minus semiplenè probavit, ad hoc, ut causa dubia
 decidatur.

(a) Dicitur ita, quia hoc ille cui delatum est, conscientiam suam purgat, & suspiciones, quæ contra eum erant, elidit *Benst. d. r. & l. c.* Sedem habet in *c. ult. §. fin. X. de iurei.* Est autem purgatio alia vulgaris alia canonica. De vulgari purgatione loquitur *t. t. X. de purg. vulg.* & dicitur ita, quod vulgus eam adinvenerit & introduxerit, quæ quoque multiplex fuit. Talis enim purgatio aliqua erat Monomachia sive duellum, quando nempe actor intentatum alteri crimen haud poterat probare, certitudinem probationis corporis sui periculo recipiebat; offerens adversario chirothecam, quâ ipsum ad pugnam provocabat, quam hic inire cogebatur aut criminis veritatem agnoscere. Alia fiebat per ferrum candens, quod reus vola manus comprimere cogebatur ad ostendendum innocentiam; vel etiam super ignito ferro nudis plantis incedere jubebatur, & si exinde sequebatur adustio, civilem infligebant pœnam per *c. 3. X. de purg. vulg.* vid. *Damboud. prax. crim. cap. 43.* Solebat & purgatio fieri per aquam frigidam, uti colligere est ex *c. 8. X. de purg. can.* vel etiam ferventem, in quam nudi mittebantur, & alijs multis modis. Verùm non tantum Monomachia *l. 1. C. de gladiat. c. monomachiam 22. ll. q. 4. c. 2. X. de purg. vulg.* fuit prohibita, sed etiam omnes reliquæ purgationes vulgares, quocumque modo fiant: in his enim militat periculum animæ, & istis cruciatuum afflictionibus Deus tentatur; tum non tantum juri divino sed etiam Naturali & Gentium adversantur. De his igitur nihil addimus. Purgatio Canonica autem, de qua *t. X. de purg. canon.* dicitur, non quidem quod à jure Canon. primùm fuerit adinventata, sed quod ab eo fuerit recepta & variè informata (nam & jure Civ. habet locum vid. *Sets. lib. 3. c. 11. n. 26.*) fit per iuramentum. Requiritur tamen ad hoc, ut locum habet *1.* ut contra illum cui defertur minus semiplene fuerit pro-

probatum 2. qualitas personæ attendatur, an nempe sit fide digna. 3. causa non sit criminalis; nisi vel leve subsit crimen, vel tales præsumptiones & indicia non extent, quæ sufficiant ad torturam, *argumento c. ult. G. r. t. de purg. can. Struv. l. c.* Secus tamen in matrimonialibus, in quibus juramentum hoc admittitur; propterea ut reus, qui suspicionibus promissi matrimonij oneratus est, ejusmodi juramento, quasi torturâ spirituali deterritus, matrimonium fateatur, atque in illud consentiat: quod adeo verum est, ut confessio stupri ad hoc sufficiat, sive consenserint partes sive non *Nob. Hahn. l. c. ibique all. Benst. de sponsal. c. 46 47. 48.* tum enim, si stuprum non diffiteatur, & matrimonium promissum neget, taliter solet jurare: *Jch. N. schwere einen Eid zu Gott vnd auff sein H. Evangelium/das ich Klägerin N. keine Ehe gelobet noch zugesaget habe/ als mir Gott helffe vnd sein heiliges Wort/ & liberatur ratione promissi matrimonij, quamvis non ratione stupri illati. Obtinet idem quoq; in actione injuriarum, de quibus consulatur *Nob. Dn. Hahn. l. c.**

XXVII.

Delatum si hoc est juramentum, necessario quoque præstari debet; (a) nec relationi ullus est locus. (b)

(a) *l. 6. §. 4. vers. sicubi C. de his qui ad Eccl. confug.* si enim suspectus purgationis juramentum præstare nolit, pro convicto habetur *c. 7. 10. in f. X. de purg. can.* Cæterum regulariter hoc procedit; habere autem & hoc exceptiones suas nullum est dubium. Sic e. g. is, cui defertur hoc juramentum, non compellendus est ut id præstet, si crimen sit notorium, vel alias probari possit *c. 15. X. de purg. can.* Notandum hic, quod si alter, cui delatum est horum juramentorum alterutrum, decesserit antequam juret, quod tum heredes ejus de credulitate jurent, & si adhuc fuerint impuberes, expectatur annus pubertatis *Struv. l. c. th. 48. Benst. (b) rubr. de iurci. n. 199.*

XXIIIX.

Juramentum in litem est, quod ex delatione judicis

C

dicis præstatur, cum ab adversario contumaciter
& dolo malo res vel non exhibetur vel non restitu-
itur; aut dolo ejus factum, quo minus exhiberi vel
restitui possit.

(a) *Vesp. parat. de in lit. iur. n. 2.* qui tamen putat hoc juramen-
tum esse speciem juramenti necessarii; verum rectius alijs spe-
cies juramenti decisorii in genere dicitur. Per hoc juram. enim
lis super dolo ab adversario commisso deciditur; præterea, ju-
ram. necessarium propter inopiam probationis datur, hoc ve-
ro propter dolum vel culpam rem non restituentis. Desertur
autem hoc juramentum Actori, qui dominus litis, eamque suo
nomine contestatus est, per *l. 7. ff. de in lit. iur.* procuratori igitur
deferri nequit; is enim non suo sed alieno nomine litem
contestatus est, & aliena negotia mandato domini administrat
l. 1. de procur.

XXIX.

Est autem hoc juramentum in litem duplex:
affectionis nim. & *veritatis*. (a)

(a) *l. 2. l. 3. l. 5. §. 4. l. 8. ff. h. r.*

XXX.

Affectionis juramentum dicitur, quo Actor in
æstimatione litis pro suo arbitrio & affectione et-
iam ultra verum rei pretium jurat. (a)

(a) Ut locum habeat hoc juram. requiritur ex parte Acto-
ris affectio in rem, quâ invitus carere debet *l. 3. ff. h. r.* à parte
adversarii vero, quod is rem in judicium deductam dolo &
contumacia non restituat aut exhibeat, cum tamen habeat *l.*
2. §. 1. h. r. vel etiam dolo fecerit quo minus exhibere possit.

XXXI.

Veritatis juramentum est, quo jurat actor,
quanti res est, sive quanti revera interest, rem non
restitui. (a)

(a) *Dif.*

(a) Differt hoc juram. à priori, quod nempe juramentum affectionis extendatur in infinitum sive indefinitum; scil. quod non est determinatum; veritatis verò non ulterius quàm ipsum rei pretium valet. 2. juram. affectionis oritur ex dolo & contumacia, hoc autem ex culpa scil. levi l. 5. § ult. ff. h. t. 3. juramentum affectionis in actionibus arbitrarijs & b. f. locum habet, veritatis vero regulariter in stricti juris actionibus.

XXXII.

Tantum de ijs juramentis, quæ in iudicio deferuntur; jam paucis etiam dispiciendum extra iudicium quæ locum habeant.

XXXIII.

Defertur autem juramentum extra iudicium vel super re controversa, vel non controversa.

XXXIV.

De re controversa juramentum quod defertur, dicitur voluntarium; (a) & hoc est, quod ex conventionione per modum transactionis (b) à parte parti extra iudicium defertur vel etiam refertur. (c)

(a) Et quidem in specie ita dictum; in genere enim comprehendit etiam iudiciale, quod ex mera voluntate partiũ in iudicio defertur, hoc verò extra iudicium. (b) l. 2. ff. h. t. differt autem à re iudicata, quod hæc locum habeat inter invitos l. 23. t. §. de V. O. Illud verò inter volentes, quia ex libera partium voluntate defertur, ex libera etiam partium voluntate suscipitur, & ut pars quæ extra iudicium iusjurandum defert, id invita non facit; ita nec pars, cui extra iudicium juramentum defertur, delatum invita suscipit. Hinc major juramenti voluntarij quàm rei iudicatæ est autoritas. (c) l. 17. pr. l. 28. §. 10. h. t. l. 39. eod. non tamen referri potest, ita ut præstandi necessitas alteri incumbat; quin si semel ab altera parte sponte est susceptum, relatio plane loci non habet, propterea, quod juramentum quod à principio fuit voluntarium, factum est necessarium, & quæ ab

initio sunt voluntatis, ex post facto fiunt necessitatis *l. 17. §. 3. inf. ff. commod. l. 22. §. ult. mand. §. 11. l. eod. l. 5. C. de O. & A. Buss. d. rubr. n. 54.* Verùm hujusmodi juramenta litis decisoria hodie nūquam vel rarò sunt in usu.

XXXV.

De re nōn controversa juramentum quod præstatur, fit ad religiosè quid promittendum & dicitur Promissorium; nempe quando juratò aliquid faciendum promittitur.

XXXVI.

Fit autem hoc vel de sola fide, & dicitur *fideipromissorium*, vel de re alia præstanda, & quidem vel obligationis introducendæ causa, & dicitur *Promissorium* in specie sic dictum, vel actus alicujus jam subsistentis confirmandi gratia, & vocatur *confirmatorium*.

XXXVII.

Fideipromissorium est, quo quis verbis in futurum conceptis jurat fidem. (a)

(a) Huc pertinet omne juramentum quo fidelitas vel fides de futuro promittitur. Tale est quod præstat recens electus Imperator Rex Romanus in sui coronatione Electoribus, quo jurat se velle fidem catholicam servare, defendere Ecclesiam, administrare imperium, tueri viduas, pupillos &c. *vid. Sleidan. de statu relig. & reip. lib. 2. p. m. 223.* Huc quidam referre volunt juramentum, quod Imperator Pontifici præstare debeat, cujus formulam contineri dicunt in *c. Tibi Domino 33. dist. 63.* ubi refertur juramentum, quod Otto Imperator Romano Pontifici præstitit. Verùm cum adhuc sub judice lis sit, num Imperator teneatur Pontifici id præstare, frustra id huc refertur: rectius enim alij hujus capit. fidem in dubium vocant, quin ex *c. 25. simd. dist.* patet, quod Papa non Imperatorem, sed hic illum consti-

constituerit; unde rationis non est, ut is qui constituit alium, ei
praestet iuramentum *Ampliss. Dn. Praeses in prelect. iur. Feudal. pu-
blicis ad tit. qualiter iurare debeat Vasallus lib. 2. Feud.* Tale iura-
mentum fideipromiss. etiam est, quod Electores Romani Imper-
rij, antequam ad electionem novi Imperatoris accedunt, praes-
tare iubentur, cuiusq; formula habetur in *A. B. Tit. 2* Huc et-
iam pertinet iuramentum subjectionis die Erb- und Landhuld-
gungspflicht / quod subdit. superioritatis & subjectionis nomi-
ne ratione universalis territorij, sub quo habitant, praestant
personaliter Principi & ejus heredibus, als ihrem Erb- und Lan-
desherrn vnd dessen nachkommen. Spectat huc quoque iuramen-
tum Studiosorum, quod quando in album Studiosorum reci-
piuntur, praestare tenentur, cuius formulam videre licet in *cap. 19.
S. 19. § seqq. lib. 2. Polit. Viri plur. Rev. Dn. D. Cellarii.* nec non iu-
ramentum civium, quod ubi in numerum civium cooptantur,
praestare iubentur, cuius formula apud nos haec esse solet: Ich
gelobe vnd schwere/ daß ich einem Erbahren Racht dieser Stadt Helm-
stätt zu gegen vnd künfftigem/ vnd der ganzen Gemeine wil getrew /
hold vnd gehorsam sein/ ihr Befehl/ Befehl/ Gebot/ Verbot vnd Or-
dnung halten/ ihren frommen/ Ehre vnd Nutz/ fordern. vnd ihren Scha-
den wehren vnd wenden nach meinem besten Vermögen; und ob ich
irgend Sachen ersühre/ davon E. E. Racht vnd Gemeine der Stadt
Helmstätt Unheil vnd Schaden entstehen mögte/ solches einem Bür-
germeister oder Rachtsverwandten allhie nach gestalt der sachen für-
derlichst vermelden/ mich auch sonst allenhalben wie einem getre-
wen vnd gehorsamen Unterthanen vnd Bürger gebühret/ verhalten/
So war mir Gott helffe vnd sein heiliges Wort.
Sic quoque iuramentum Vasalliticum s. Feudale locum hic ha-
bet, Die Lehens- Pflicht / quod Vasallus tenetur praestare domino
Feudi, it. iuramentum inter Protectorem & Clientes Schirm-
Pflicht, iuramentum inter pacem & foedera ineuntes, uti etiam
id quod praestatur ratione domesticitatis, vel ratione officij au-
lici, vel alterius Raths- Ampts- oder Dienstpflicht.

XXXIIX.

Promissorium in specie sic dictum est, quando

C 3

quis

quis promittit, se aliquid daturum vel facturum esse, & jurat se hoc ipsum adimplere velle. (a)

(a) Hoc autem nullam actionem parere extra dubium est *l. 5. C. de LL.* nullibi enim in jure civili, ubi agitur de modis introducendæ obligationis fit mentio juramenti, uti *l. 52. de O. & A. g. ult. I. de obligat. l. 6. de pact.* tum obligatio ex conventionem solet introduci, per conventionem autem non definitur juramentum; quin juramentum æquiparatur pacto *l. 35. §. 1. h. t.* & quamvis obligatio inde oriatur, erit illa mere naturalis, quæ ipso jure tollitur *l. 95. §. 4. de solut.* Excipitur tamen casus à Dd. in *l. 7. §. 2. de oper. libert. l. 56. pr. ff. de fides.* in quo quidem videtur hoc juramentum esse confirmatoriū, quia accedit naturali obligationi, quæ libertus naturaliter est obstructus manumissori suo ad operas præstandas, juramentum autem reddat obligationem præexistentem firmiorem: Dd. tamen communiter illum casum *d. l. 7.* accipiunt quasi esset exceptus, & recte, nec tamen exinde argumentum sumendum est ad genus s. universale, quia specialiter quæ introducta sunt, non sunt trahenda ad consequentiam. Nec obstat *l. 41. C. de transact.* ubi in specie datur actio: ea enim oritur ex stipulatione pœnali, & est supplenda ex *l. pen. ff. eod.* multo minus recte obijcitur *l. 1. C. si ad eers. vendit. cum auth. seq.* desumpta ex *2. F. 53. §. 5.* ibi enim non de juramento promissorio sed confirmatorio agitur. Sic quoque nobis non obstat *l. 8. §. 6. de condit. instit.* in quo itidem non de nova obligatione introducenda sed de introducenda confirmanda agitur *Ampl. Dn. Pres. ad par. VVes. h. t. vid. & Nob. Dn. Hahn. l. 6. & Struv. eod.* Contrarium constitutum est in Jure Canon. cujus autoritate jusjurandum producit obligationem ad agendum efficacem per text. in *c. 28. X. de iurei c. 9. X. de arbit.*

XXXIX.

Confirmatorium denique est, quod confirmat actus præcedentes. (a)

(a) Puta de Jure Civili validos, de quo intelligenda est *l. 41. C. de transact.* Ut igitur Jure Civili confirmetur actus, necesse est, ut ille eodem jure civili sit validus, quem adeo corroborat,

rat. n̄ neque per restitutionem in integrum, neque per ullum
aliud remedium rescindi possit, neque ab ipsis contrahentibus
neque ab heredibus ipsorum secund. *l. 1. & aurb. seq. C. si ad-
vers. vendit.* invalidi autem non convalidantur *l. 7. §. 16. de pact.*
l. 5. C. de LL. vid. *H. Grot. de iure 6. & pac. lib. 2. c. 13. §. 6. 7.* Secus
tamen de Iure Canon. secundum quod omne iuramentum,
quod sine dispendio salutis æternæ servari potest, servandum
est, per *c. 28. X. de iurciur.* nisi contrarietur bonis moribus aut
juri N. & divino, quale est id quod lædit utilitatem publicam,
cui privatorum pacto derogari non potest *c. 12. in f. X. de foro
comp.* aut vergat in detrimentum alterius. *Dn. Pras. in prælect.*
publ. ad I. Iur. Can. tit. de pact.

XXXIX.

Et tantum de Divisionibus iuramentorum di-
xisse sufficiat. Restant pauca dicenda de forma,
materia & causa efficiente iuramentorum, quibus
nonnulla de perjurio subijciemus.

XLI.

Formam itaque quod attinet, continetur illa-
rum conceptione verborum (a) quibus juratur, tum
solennitate quadam. (b)

(a) Quæ fit: per obtestationem divinam; & hoc pro for-
ma specifica requiritur, ut nempe per Deum præstetur eumque
verum. Ex quo apparet per falsum numen, aut id quod nu-
men non est verum, jurandum non esse *l. 5. §. 3. h. t.* nisi ex con-
scientia erronea, quæ habet vim obligandi sub eâ qua concipi-
tur ratione, nempe quâ existimat gentilis se per verum Deum
jurare *l. 5. §. 1. h. t.* quia quanquam sub falsis notis, generali ta-
men complexione numen intuetur; ideoque Deus verus si pe-
jeratum sit, in suam injuriam id factum esse interpretatur, ut
elegantè notat *Grot. de iure bell. ac pac. lib. 2. c. 13. n. 12.* Sic *Myn-
sing. cent. 6. obs. 20.* dicit Iudæos non per Christum aut per Sa-
cra Evangelia sed per legem Mosaicam, & super decem Dei
præcepta jurare oportere. In constitutionibus hujus Duca-
tus

tus ipsis certa præscripta est formula *art. 23.* quæ tamen fit sub
invocatione divini numinis h. m. Adonay ein Schöpffer der
Himmel vnd des Erdreichs vnd aller Dinge / auch mein vnd derer
Menschen die hie stehen / Ich russe dich an durch deinen H. Nahmen
auff diese Zeit zu der Wahrheit *rc. 2.* nec per Angelos aut Sanctos
jurare licere, qualia tamen exempla in jure nostro civili reperi-
untur uti *Nov. 8. in f.* quod factum, postquam cultus angelo-
rum & Sanctorum religiosus in Ecclesia Romana ex errore est
receptus: in eo enim per quod juratur, supponenda est veritas
infallibilis, ut testimonium certissimum exhibere possit, quale
in prædictis nullum est, uti docet *Nob. Hahn. l. c.* Multo minus
rectè juratur per creaturas; honor enim debitus Deo quodam-
modo violatur, ut patet ex dicto Christi *Matth. 5. 34. 35. 36.* Nec
juramentum erit, sub verbis: bey meinen Fürstlichen / oder bey
meinen Gräfflichen / Adeltichen / Herrlichen Ehren vnd Trewen / it.
bey Christlichen wahren Worten / bey Christlichen Trawen vnd gu-
ten Glauben / quod tamen quidam volunt inducti per *c. 3. X. de
his qua vi met. causa. & c. 3. X. de iureiur.* quia ibi vocabula jura-
menti & fidei conjunguntur. Verùm fides ibi quidem jura-
mento æquiparatur, at non semper & ubique id obtinet, sed tantum
in proposita materia: nec enim Christianus jurans per fidem
Christianam jurat per Deum, nec taliter jurans vel promittens
si non stet promissioni data fit perjurus aut infamis. Quod si
tamen aliquo in loco fuerit receptum ut tales formulæ vim ha-
beant juramenti, tum omnino habendæ sunt pro vero jura-
mento, quo & respexisse videntur *Myns. & Gail.* aliàs contrari-
um sentientes; juratur enim pro deferentium voluntate *l. 3. 4.
b. t. 2.* fit per imprecationem jurantis; nam cum superior puni-
endi jus habens testis advocatur, simul ab eo perfidia ultio po-
scitur; & qui scit omnia, ultor est ideo, quia testis est *Gror. d. tr.
c. 13. n. 10.* Invocatio autem illa Dei & imprecatio vel altera in
altecutra implicite continetur, ut: Deus sit testis. Deus sit vin-
dex, So war mit Gott helffe / vel expressis verbis simul exprimun-
tur, uti in juramento judæorum in Camera & hoc Ducatu usi-
tato post invocationem imprecatio diserte exprimitur, tali mo-
do: Wo ich aber nicht rechts oder wahr habe in dieser Sache / beson-
dern

dern einige Unwarheit / Falsch oder Betrieglichkeit darinnen ge-
braucher / so sey ich heram vnd versucher ewiglich; wo ich auch niche
recht oder wahr habe in dieser Sache / daß mich dann übergehe vnd
verzehre das Feuer / das zu Sodoma vnd Gomorra übergieng / vnd
alle die Flüche / die in der Torah geschriben stehen / vnd daß mir auch
der wahre Gott / der Laub vnd Graß vnd alle dinge erschaffen hat /
nimmermehr zu hülfte noch zu staten komme in einigen meinen Sa-
chen vnd Röchlen / wann ich aber wahr vnd recht habe in dieser Sache /
also helfte mir der wahre Gott Adonay. (b) quæ est forma acci-
dentalis, ut quando smares erectis duobus digitis primis cum
pollice, foemina appositâ ad pectus sinistrum dextrâ jurant;
ita id quandoque fit apertis januis, fenestris, nudatis eorum
qui adstant capitibus ijsdemque stantibus, & tale juramentum
tum dicitur corporaliter h. e. actu corporali præstitum L. 1. C. si
ad vers. vendit. ein zierlicher / körperlicher / leiblicher / gelehrter Eidi. Ra-
tio autem differentia, quare foemina appositâ ad pectus fini-
strum dextra, mares autem erectis primis cum pollice digitis
jurent, nulla expressa reperitur, illam tamen non absque legi-
tima & iusta ratione constitutam esse ait Gilhaus. arb. iudic. t.
6. p. 6. de iurei. n. 9. ubi etiam narrat, se meminisse aliquando à
viris exquisitè doctis rationem differentia investigatam qui-
dem esse, non vero satis firmam ab ijsdem inveniri potuisse.
Notandum & hoc, superstitiosam videri explicationem erectio-
nis digitorum, qua scil. duo digiti primi & pollex erecti si-
gnificare dicuntur S. S. Trinitatem, reliqui autem qui impru-
muntur, animam & corpus denotare, ut significetur, Deum
animam & corpus velle perdere, si perjurium dixerit; quamvis
multis in locis hæc interpretatio hujus circa jurisjurandi præ-
stationem ritus obtineat, eaque formulæ quâ juraturi de vi-
tando perjurio admonentur, inseri soleat.

XLII.

Materia circa quam, sunt res honestæ & lici-
tæ. (a)

(a) Nullas enim habebit vires jurata promissio de re il-
licita, aut naturaliter, aut divina interdictione, aut etiam hu-
mana

D

mana

mana *Gröt. l. c. n. 6.* nec est obligatorium contra bonos mores
præstitum juramentum *c. non est obligatorium 58. de R. l. in sexto.*
Sed omne juramentum de Iure Canon. tres comites habere de-
bet; veritatem, iudiciū, & iustitiam *Ierem. IV. v. 2. c. 2. causa 22. q. 2. c. 7. caus. 22. q. 1. c. 26. X. de iurei.* nam si deest iustitia, oritur
juramentum iniquum, si veritas, perjurium, si iudicium, jura-
mentum redditur incautum & temerarium. *Nob. Hahn. l. c.* Om-
nia igitur juramenta, quæ in deteriores exitum cedunt,
quæ exemplo perniciofa sunt, quæ ad multorum cladem per-
tinent, ipso iure adeo reprobata sunt, ut ne absolutionem re-
quirant & sine metu perjurij licite contemni possint, per text.
e. 18. X. de iurei. Gail. lib. 1. de pace publ. c. 4. n. 16. Sic in *c. 2. caus. 22. q. 4.* dicitur, quod nonnunquam sit contra officium solvere
promissum, custodire Sacramentum; uti factum juramentum
ab Herode filix Herodiadis, de quo in *c. 3. caus. 22. q. 4.* refer-
tur, quod saltatrici turpiter præmium promiserit, crudeliter
solverit; & subjungitur, quanto tolerabilius tali fuisset per-
jurium Sacramento? si tamen perjurium possit dici, quod e-
brius inter vina iuraverat. Huc pertinet juramentum vi &
metu extortum, de quo aliàs controversia est num valeat
de hoc vid. latius *Nob. Dn. Hahn. l. c.* qui exactè eam pertracta-
vit. Iure Canon. tamen non licet contravenire juramento et-
iam per vim & metum extorto, nisi ante à superiori impetrata
absolutione; quia etiam coacta voluntas est voluntas, & co-
actus consensus est utique consensus. *l. 21. ff. quod. vi me-*
time.

XLIII.

Causa efficiens jurisjur. ut Dd. communiter te-
nent, est vel proxima vel remota.

XLIV.

Remota est ipsum jus, (a) usū quidem uti vide-
tur, primum introductum, sed postea à Prætoribus con-
firma-

firmatum: proxima causa sunt personæ, quæ juramentum deferunt & præstant.

(a) *Pert. ff. & C. h. t. Nov. Leon. 97.*

XLV.

Personæ hæ sunt vel quæ deferunt, vel quibus deferretur juramentum.

XLVI.

Deferre omnes possunt juramentum, qui sunt veri domini rei de qua agitur, habentque liberam ejus administrationem; vel saltem qui hujusmodi facultatem habent à dominis sibi concessam. (a)

(a) Talis est pupillus Tutore auctore; tum enim non tantum est dominus, sed etiam habet liberam rerum administrationem per *l. 17. §. 1. h. t. minor*, consentiente curatore; sed minor curatorem habens absque eo an deferre juramentum possit? quæritur. Et affirmari hoc posse videtur hac ratione, quod is recte jusjurand. deferat, cui solvi potest *l. 17. §. 2. h. t.* At minori à volente debitore recte sine curatore solvitur. *l. 7. §. 2. ff. d. minor. Brouch. 1. miscell. assert. 56.* quod tamen Ddes communiter ferè negant. E. Tutor & curator *l. 17. §. 2. l. 35. pr. h. t.* procurator universorum bonorum administrationem qui sustinet, aut qui habet speciale mandatum, aut est in rem suam *l. 17. §. ult. h. t. filiusfam. & servus in rebus ad peculium ipsorum pertinentibus l. 20. l. 21. 22. 23. 25. h. t. Nob. Dn. Esch. in prælect. ff. publ. h. t. Meier. in Coll. Arg. h. t.* quicumq; igitur non sunt veri domini, nec illam facultatem habent à dominis concessam, aut domini quidem sunt, sed tamen libera rerum suarum administratione destituuntur, hi deferre juramentum non possunt, qualis est 1. infans sine tutoris autoritate *§. 9. l. de inut. stipul. l. 26. pr. h. t.* 2. prodigus *l. 35. §. 1. h. t.* intelligimus autem prodigum juridicalem, h. e. cui administratio rerum suarum interdicta est, cui similis est furiosus & mente captus, 3. qui fraudandorum creditorum consilium cepit, *l. 9. §. 5. h. t.* 4. pro-

D 2

cura-

curator, qui non habet speciale mandatum deferendi jusjurandum *l. 17. §. 3. l. 18. 19. h. t.* Habet autem hoc de procuratore exceptionem; ut nempe procurator possit quandoque ea peragere, quæ requirunt speciale mandatum, uti jusjurandum deferre, & habetur in *c. 4. de procurat. in sexto.* ubi recensentur aliquot articuli, ad quorum administrationem sive gestionem vi generalis mandati procurator non est admittendus; si tamen horum unus vel alter in specie in mandato sit expressus, & clausula generalis mandato subiecta, potest procurator vi istius generalis clausulæ adjectæ alios quoque non expressos bene peragere, quod etiam innuit *Lancell. lib. 3. Inst. Iur. Can. tit. de procurat. n. 7. verb. nisi clausulam generalem quorundam articulorum speciale mandatum exigentium subsequatur expressio: c. g. si aliquis constituatur generalis procurator, & detur ei simul potestas petendi restitutionem in integrum, aut excusandi suspecti tutoris, tum Procurator non tantum vi istius generalis clausulæ subiectæ illos articulos potest peragere, sed etiam alios qui requirunt speciale mandatum, uti, transigere, jusjurandum deferre, nec non delatum ab eo suscipere *Ampl. Dn. Preses in disurs. publ. ad Inst. Iur. Can. d. r.**

XLVII.

Deferri autem jusjurandum omnibus potest, nullâ habita ratione sexus, ætatis aut conditionis, (a)

(a) Per *l. 26. h. t.* puta, qui scientiam rei vel facti, de quo agitur, habent. Sic pupillo recte deferitur, sciens enim fallere non videtur. *d. l. 26. inf. pr. h. t.* nec obstat *l. 34. §. 2. h. t.* ibi: pupillo non deferitur jusjurandum: nos enim loquimur de pupillo, juramentum delatum qui volens suscipit; at *l. 34. §. 2.* loquitur de pupillo invito. Servo quoque deferri potest per *l. 23. h. t.* quod multo magis asserendum de filiofam. juramentum enim filij prodest patri *l. 24. h. t.* Nemini tamen alij in causa delicti deferendam est jusjurandum, nisi ei, qui deliquisse dicitur, cum iniquum sit alium de alieno facto vel delicto jurare *l. 11. §. 2. de act. rev. amob.*

XLIX.

Finis juramenti est, ut veritas elucescat, & fides servetur.

Effectus autem varios habet. Primus & præcipuus est ut finiantur lites. (a)

(a) Ad *Ebr. 6. v. 16.* Cum enim causa sæpe ita sit ambigua & obscura, ut nec actor nec iudex sciant quid agant, & tamen ad finem properent, solum iusjurandum est, quo controversiæ illi finem faciant; hinc dicitur remedium finiendarum litium *l. 1. ff. h. t.* Plures præterea parit effectus, quos enumerare omnes propositi ratio non permittit, sed passim apud Dd. videri possunt.

Tantum de juramentis. His inter alia opponitur perjurium, quod est mendacium iurejurando firmatum, & species criminis læsæ majestatis divinæ. (a)

(a) Qualiter ex *Wes.* definit *Nob. Dn. Hahn. ad VVes. de invei. n. 13.* Hoc quam grave, atrox & fœdum sit crimen, apparet ex eo, quod non tantum æquiparetur homicidio *c. 10. X. de iudic.* sed etiam illud vincat; cum majus delictum sit perdere animam quam corpus, animæ autem unius jactura sit gravius quam multorum corporum *c. 1. caus. 24. q. 3.* perjurium enim qui facit, non tantum offendit Deum, sed perdit etiam rem divinam, nempe animam, quæ non hominis sed ipsius Dei est *Iac. Ebert. tr. de iuram.* quin perjurus delinquit in primam Decalogi tabulam, nam *Zach. 5. v. 4.* furti & perjurij appellatione utriusque tabulæ peccata comprehenduntur, perjurium enim primam, furtum secundam denotat tabulam. Hinc etiam est, quod perjurium sit relatam inter illa septem peccata, quæ ob singularem eorum turpitudinem & fœditatem singulari etiam odio Deo prosequitur *Prov. 6. 16. & seqq. ibi: Sechs Stücke haßet der Herr*

Herr/ vnd am siebenden hat er ein Grewel/ hohe Augen/ falsche Zungen/ Hände die unschuldig Blut vergiesen/ Herz das mit bösen Tü-
cken umgehert/ Füße die behende sind/ Schaden zu thun/ **Falscher
Zeuge der frech Lügen redet** vnd der Hader zwischen Brü-
dern anrichtet.

LI.

Committitur autem perjurium, quoties quis
contra datum iuramentum sciens & volens ve-
nit. (a)

(a) Multis modis igitur perjurium committi posse, pa-
tet pro diversitate scil. objecti super quo juratur. Sic testis e. g.
falsum testimonium jurato dicens, committit perjurium. Ea-
dem ratione crimen perjurij incurrit civis, si contumaciter re-
pugnet magistratui, cui tamen obedientiam jurato, cum in nu-
merum civium reciperetur, promisit; quin eo ipso etiam Deo
resistit, sic enim *Rom. 13. v. 2.* qui resistit magistratui, resistit or-
dinationi divinæ: hæc autem vult ut magistratibus eorumque
legibus & ordinationibus pareamus, quod multo magis fieri
debet, si iuramentum accesserit.

LII.

Pœna perjurij pro ratione diversi juris etiam
diversimodè se habet. (a)

(a) Iure Canon. perjuris eadem pœnitentia imponitur,
quæ adulteris, homicidis aut alius cujusdam criminis reo *c. ult.
caus. 22. q. 1.* De Iure Civ. quidem controversum est, an in per-
juro aliqua pœna sit statuta; sed rectius hoc affirmatur per
l. 12. §. f. h. t. ubi perjurus fustigatur, *l. 41. C. de transact.* ubi in-
famia notatur, uti etiam per *l. ult. ff. stellion. l. 22. de dol. mal. l. 2.
C. de indict. viduit.* quo & spectat *l. 1. ff. ad L. Corn. de sicar.* In
contraria qui sunt sententia, adducunt. *l. 2. C. de reb. Cred. ibi:*
jurisjurandi contempta religio satis Deum ultorem habet; ve-
rum illa lex accipienda est de casu, quo ignoratur commif-
sum esse perjurium, idque non est notorium; tunc enim
nqn

non potest puniri, atque satis Deum habebit ultorem post hanc vitam. Hodie perjurus ex *Const. Car. art. 107.* in Civili negotio si factus sit, damnatum restituere cogitur & infamia notatur, verb. sol auch dazu verleumbdet vnd aller Ehren entsetzet sein. Quam pœnam approbant leges torneamentorum à Duce quodam Bavaria: laxa art. 4. welscher vom Adel Siegel vnd Brieff, brüchig / meineidig oder ehrlös gescholten vnd erkand wird / der sol nicht in thurnir zugelassen werden; káme er aber / so sol er als ein Meineidiger vnd Siegelbrüchig gestrafft / vnd mit ihm umbs Pserde thurnir / er aber selbst auff die Schranken gesetzet werden *Sturm. Promr. Exempl. p. n. 188.* Imò hodie etiam punitur amputatione duorum digitorum *d. art. 107.* In criminalibus autem perjurus eandem pœnam incurrit, quæ reo per falsum testimonium damnato imposita erat; ita enim in *all. art.* wo aber einer durch seinen falschen Eid jemand zur peinlicher Straffe schwüre / derselbe soll mit der Pein / die er felsehlich auff einen andern schwerer / gestraffet werden. Quandoque autem perjuria, vel etiam quasvis aliàs imprecationes, in hac vita Deus ipse punit, eo fine ut reliqui absterreantur ab hujusmodi scdissimo crimine, qualia exempla plura legi possunt apud Historicos.

LIII

Colophonis loco addim^o huic disputationi hanc quæstionem: an scil. magistratus quem à præstito juramento absolvere possit? & affirmamus. (a)

(a) Quidam quidem putant, quasi à nullo juramento valido possit peti absolutio, sed falso. Alij distinguunt, an juramentum sit præstitum de re turpi, inhonesta & illicita, an vero de re licita, quæ tamen iniquitatem in se contineat: à prioris juramenti specie posse peti absolutionem dicunt, à posteriori non. Verum quia juramentum de re turpi præstitum, ipso jure nullum est, non opus est ut quis ab eo liberetur; Sententia itaque illa non est admittenda. Prior itaque sententia est, posse absolvi aliquem à juramento, quamvis super relicta præstito, quod tamen aliquid iniquita-

tis in

tis in se contineat. A quo autem iudice peti debeat absolutio, itidem disceptant Dd. à nemine nisi iudice Spirituali fieri hoc debere, asserunt Pontificij. Verùm contrarium in praxi observatur, in Camera enim tota die petuntur relaxationes & quoque absoluntur, uti ex O. C. Gail. & Myns. tradit Nob. Dn. Hahn. h. t. n. 14.

M. ⊖. Δ.

COROLLARIA.

I. Jus Patronatus sec. IV. temporibus Constantini M. originem cœpisse, verisimile est.

II. Dividitur hoc rectè in Seculare & Spirituale, non quidem ratione subjecti, sed ratione objecti.

III. Quæ inter alia etiam in hoc differunt, quod, quando Patronus Ecclesiasticus presentet personam indignam, illa vice privetur jure presentandi; quod tamen negatur de Patrono Laico, nisi in ordinationibus Ecclesiasticis aliud sit statutum.

IV. Vnius Ecclesie plures patronos esse posse, extra dubium est.

V. Quemadmodum pater tenetur ad dotandam filiam; ita & tacita obligatione tenetur fundator vel edificator ad dotandam Ecclesiam, in tantum, ut si nolit, possit cogi tam directo quam per indirectum.

VI. Reedificatione nonnunquam acquiritur jus Patronatus.

VII. Laicus quoque prescriptione hoc acquirere potest.

VIII. Heres fiduciarius hoc jus non tenetur restituere fideicommissario.

IX. Patronus etiam filium propriam potest presentare.

Ampl. Dn. Præs. in prælect. jur. Can. publ.

F I N I S.



Helmsedt, Diss., 1662 (1)

ULB Halle


3


004 851 587




TA → OL nach 7+ B Schild verläpft

1017





O IVRIDICA
 E
MENTIS 17
NERE 1662, 14
 A M
 te Deo
 SIDE
ERNEO I.V.D.
 fessore Publico, nec non
 lphici Assessore
 Patrono suo etatem
 endo
 landam proponit
 V. Krautheupt Helmst.
 k Resp.
 Jun.
 uditorio majori.

 M STADI, No: 97
MVLLERI, Acad. Typ.
 O 15 C LXII.

